



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs
Perutilis**

Gilbertus < Tornacensis >

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

118 DE OFF. EPISC.

operis, ut in opere non appareat mea aliqua cōcupiscentia, neq; fervere non bidinis, neq; fervere luxuria & sine la-
sciuita, hæc est scabies ingis, quando fervere viscerum ad cutem trahi-
tur: neq; deturatio auaritiae, ha-
est impetigo, scilicet sicca scabies,
quæ totum corpus impedit proueni-
ens ex falso phlegmate, auaritia scilicet
clericorum, quæ est sine humo-
re pietatis occupans totum corpus.
Ecclesiae, procedens ex appetitu cu-
iusdam sitis insatiabilis: neque tu-
mor superbiae, quæ est hernia gracilis,
tumor latine, morbus est quando
intestina descendunt in folliculos
testiculorum, & appellatur ruptura.
Istæ ergo sunt duodecim con-
ditiones, quæ debent esse in promo-
uendis.

CAP. XXXIIII.

Sequitur officium in ordine E-
piscopi. Episcopus autem no-
men

Post or-
dines se-
quitur
ordina-

area men est oneris, non honoris; operis, tio Epi-
nori non quietis. Unde *Apostolus:* scopi, &
uel. Qui Episcopatum desiderat, bo- quale sit
uando num opus desiderat. Opus dicit eius offi-
rahi. notabiliter, non quietem. Unde & I.Tim.3.
, hal latine superintendens interpreta-
abies, tur, eò quod speculatoris gerit offi-
ueni cium. Unde *Ezechiel.* dictum est: Ezec.33.
iaſſi Fili hominis, speculatorem dedi-
umo. domui Israel: quoniam regere de-
orphi bet Ecclesiam militantem secun-
uou. dum sibi sollicitudinem competen-
teeth tem. Ideò cum Episcopus offertur,
ræce, hæc verba Metropolitano dicun-
ando tur: Reuerende pater, postulat
culos sancta mater Ecclesia, ut hunc
ephi. presentem electum Presbyterum
con. ad onus Episcopatus subleuetis. De
omo. qua oblatione legimus in Leuitico,
r. quod Moyses congregata omnitur- Teuit. 8.
e E. ba ante fore tabernaculi statim ob-
no. tulit Aaron ad inungendū. Deinde
men sequitur examinatio Episcopi sub

120 DE OFF. EPISC.

certis interrogationibus & respon-

1. Tim. 3. sionibus, secundum illud Apostoli
Primum probentur, & sic mini-
strent nullum crimen habentes ex-
aminatione facta chrismatur ca-
put Episcopi. Unde dicitur ei: Vn-
gatur & consecretur caput tuum
cœlesti benedictione in ordine Pon-
tificali. In nomine Patris, &c. Un-

Leuit. 2. de in Leuit. Fundens oleum super
caput Aaron unxit eum. Unde

Exod. 40. Moyses illo oleo, quo ungebatur ta-
bernaculum non unxit Aaron, sed
oleo sancto, quod siebat in illis pre-
ciosis speciebus, quæ determinantur
in Exodo, loco cuius habemus in E-
clesia Chrisma. Unde Chrismat
unguntur capita Pontificum. Pro-

Leu. 21. pter quod dicitur in Leuit. Pon-
fex, id est, Sacerdos maximus, in-
ter fratres suos super caput cuius-
fusum est unctionis oleum, & cuius
manus in Sacerdotio consecrata sunt.

Tunc

Tunc enim ungebatur caput Aaron & manus eius, ita quod per barbam stillabat oleum usq; in oram vestimenti eius, sicut determinatur in Psalmo: *Sicut unguentum, &c.* *Psal. 132.*
Et hoc est, quod cantatur pro cōmunione in Episcopi consecratione: *Vn-*
guentum in capite, in figura unctio-
nis gratiae quae per praelatos trans-
funditur ad subditos, & primo ad
Presbyteros: deinde ad infirmos,
hoc est unguentum à capite deflu-
ens in barbam, & à barba in oram
vestimenti. Tunc omnes Episcopi unguent manibus suis caput eius, de quo habitum est supra in capitulo de Presbyteris. Quod autem
ex canonica auctoritate additur, ut plures adsint Episcopi, qui scire voluerit, legat Epistolam Gregor. ad Augustinum Anglorum Episcopum. Innocentius tamen in Decreto suo dicit: *Nec unus Episcopus*
F 5 ordi-

122 DE OFF. EPISC.

ordinare p̄sumat, ne furtiuū benef
 Greg. in cium pr̄stitū videatur. Greg. etiā
 moral. dicit causam Episcopalis unctionis
 in moralibus, dicens: Oleū in capi-
 te, charitas in mente; quia vicarius
 Christi est: dilectionē quā Christus
 nobis monstrauit & docuit, in eo de-
 bemus inuenire, & ab eo ad cumulū
 Beda lib. nostri profetū trahere. Beda vero
 3. de tab. in lib. 3. de tabernaculo dicit: Indu-
 tus sacris vestibus Pontifex, mox
 oleo unctionis perfunditur, ut per
 gratiam Spiritus sancti consecra-
 tio perficiatur. August. autem in
 tractatu Psalmorum sic dicit: Vi-
 carius Christi efficitur Pontifex,
 ideo in capite vngitur, caput no-
 strum Christus, caput nostrum un-
 ctum est oleo inuisibili. Episcopus,
 quia vicarius Christi est, in capite
 vngitur: ab illo enim significatur
 se accipere hanc unctionis grati-
 am, qui caput est totius corporis,

imi-

imitando illum qui caput est totius Ecclesiæ: per unctionis gratiam fit & ipse caput Ecclesiæ sibi commisæ. Qond autem Episcopi manus imponunt super caput eius, secundum Isidorum antiqua institutio est. Isaac enim Patriarcha ponens manum suam super Jacob benedixit ei, similiter Jacob filijs suis. Sic Moyses super Aaron, & super capit Iosuæ, datus ei Spiritum virtutis & ducatus in populum Israël, Sic Christus per manus impositiōnem Apostolis benedixit: sic Paulo Act. 13. & Barnabæ ex precepto Spiritus sancti ab Apostolis manus impositæ sunt in Episcopatu; & sic missi sunt ad Euangelizādum, ut legitur in Actibus Apostolorum. Deinde benedictis baculo & annulo, de quorum mysterijs infrā dicetur, datur Episcopo codex euangeliorū, & dicitur ei: Accipe euangeliū & vade,

Gen. 27.

Exod. 39.

Mar. vlt.

Act. 13.

F 6 præ-

124 DE OFF. EPISC.

prædica populo tibi commisso, potens enim est Deus tibi augere gratiam. Hic addendum est, quod secundum quasdam ordinationes presbyteri tenent. Euangelium super caput eius. In quo notatur, quod sertè ordinandus in Episcopum debet subiectus esse iugo Euangeli, ut vivat ex toto secundum seipsum.

CAP. XXXV.

Absolutis ordinibus tantum minoribus, quam maioribus, tandem peruenit ad summum pontificem, quo modo & ipse ordinari debeat, proponit. Matt. 16.

Processo ab inferiori ad superiori us ascendo secundum ordinum differentias & officia dignatum, peruenimus ad caput Ecclesiae summum Pontificem, cui concessit Dominus totius Ecclesiae principatum. Unde & Dominus antepassionem dixit Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. Licet enim universis Apostolis communiter dixerit: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. tamen: